



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 3. Non esse parabolam, sed veram historiam regis Nabuchodonosoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

ronamque habuit circumstantem, iam inter ceruos & lupos, inter apros & vrsos, inter leones & dracones versabatur; qui antehac fercula videbat in mensam inferri, quorum ne numerandi quidem, ne dum edundi copia erat, postea pro lautitijs regijs, *facnum ut bos comedit*; qui antea comitus caesariem calamistris crispabat, & vnguentis Arabicis imbuebat, postea illi crescebant *capilli in similitudinem aquilarum*; cuius digiti antea gemmis, velut caelum stellis lucebant, postea *ungues quasi anium*, aut falconis hamabantur. Et haec omnia, per septem annos, est passus, ut tanto acerbius, quanto diutius deprimeretur; passusque est, postquam iam triginta septem annis regnavit, ut tanto tempore assuetus delitijs, grauius sentiret calamitates inexpertus. Nonne haec magna est metamorphosis?

Dan. 4
30.

§. III.

Non esse parabolam sed veram historiam regis Nabuchodonosoris.

Maior apparebit haec mutatio, si quid non sit, & quid sit, in aprium deducamus. Etenim magnitudine prodigij adductus Origenes cum suis, aulus est affirmare, haec de

de

de Nabuchodonosore non historicè, sed parabolicè duntaxat narrari, & sub regis huius nomine, casum Luciferi depingi. Verùm D. Hieronymus & alij plerique aiunt, hanc esse hæresin; cùm ex simplici narratione eius facti pateat, historiam esse; & scriptura clarè dicat, *omnia hæc venerunt super Nabuchodonosor regem*, quæ scilicet ipse priùs narrauerat, sibi in somno ostensa, ac postea re ipsa contigisse. Quo pacto autem contigerint, vel contingere potuerint, graphicè certatur. Ne eadem omnium est sententia.

Dan. 4.
25.

§. IV.

Quibus modis mutari potuerit, vel nõ potuerit Nabuchodonosor?

Quatuor sunt modi, quibus id contingere potuit; 1. vt Nabuchodonosor talis in oculis tantùm aliorum videretur; 2. vt talis sibi duntaxat esse putaretur. 3. vt fera talis re ipsa esset. 4. vt partim talis esset, partim talis non esset, qualis ab authoribus perhibetur. Primus modus placuit.

Michael
Medin.
lib. 2. de Michaëli Medina, existimauit enim, regis
Ede, c. 7. in bestiam conuersionem nequaquam veram, sed phantasticam duntaxat fuisse; quo pacto etiã Apostoli, quando Christum

vide-